

Bibliothèque numérique

medic@

**La Chambre, François de - candidat /
Guenault, François - président. -
Estne Cerebrum Corde nobilius ?**

1654.

Paris

Cote : ms 77 n°1027

DEO OPT. MAX. VNI ET TRINO, VIRGINI DEIPARÆ, ET SANCTO LVCE ORTHODOXORVM MEDICORVM PATRONO.

QVÆSTIO MEDICA
QVODLIBETARIIS DISPVATIONIBVS MANE DISCVTIENDA
IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXVI. NOVEMBRIS
M. FRANCISCO GVENAVT, Doctore Medico, Præfide.

Estne Cerebrum Corde nobilius?

1027

Vitam Plantis, ita Sensum Animalibus Natura concessit, singulis benigna Mater, nulli nouerit, ut quicquid unicuique tutando ac fouendo necessarium erat, abundè & cumulatè largita sit. Hæc Æternæ Sapientiæ Ars est, & promptuarium è quo emanatur virtutes omnes in res creatas depromit. Hæc in vastam Mundi molem effusa, eam intus agit & mouet, tam in minimis miranda, quam in maximis, in singulis tota, in nullis exhausta; sed nullibi magis suspicienda, quàm in sentiendi extimo illo munere, quod liberaliter indulsit Animantibus. Quorum corpus etsi continua cuius functiones sunt præstantissimæ.

PARTEM beat, ac perficit actio, ad quam tanquam ad finem, naturali fertur impetu; hæc pendet à facultate, ut facultas ab ipsâmet Animæ essentia: cuius præcipuum instrumentum, Æthereus est ille calor, qui nec ignis, nec ab igne trahit originem; sed spiritus est in seminis spumosa portione coëctus cuius *quædam ad præparandum spiritus* genituræ ab omnibus membris decidit, *2034* imprimis *ad præparandum*. Hic misanda vi, qua pollet, partes tùm similes, (è quarum numero nemo prudens pilos & vngues expunget) tùm dissimiles effingit. Virarumque vnione numerosa omnia conformantur, licet dispari tempore singula perficiantur.

PRINCIPATV non vnico, sed triplici reguntur Animalium corpora, Hepate, Corde, & Cerebro: quorum, etsi diuersæ sint gelliones, tantus tamen horum est concentus, tamque concors, in communione totius corporis commodum, conspiratio, ut mutuis carere nequeant auxilijs, & vno cõruente, reliqua pariter interdant. Hepar sanguinis non modò *hemorrhoidis* atque sors gratosi humoris, quem in vniuersum corpus effundit; sed & primus *ad præparandum* author, spiritusque naturalis effector, quod dùm cetera corporis membra suavi illo nectare assatim reficit, omnium vires ac robur instaurat. Cor facultatis vitalis sedes, Solis instar, perenni suo motu & infusu, vniuersi corporis vim quasi legitimam ac torpescentem erigit ad opus, atque institum cuiusque partis calorem, fugacemque viuacitatem indefinenter fouet ac recreat. At Cerebrum Animalium omnium facultatum domicilium, actiones multo nobiliores edit. Ecquid enim habent Animalia motus & sensuum functionibus, aut cogitandi discurrendive munere sublimius? horum ope noxia & aduersa à salutaribus & iucundis dijudicant, hæc prosequuntur, illa refugiant.

EQVIDEM vita frui pulchrum; aut moueri, sentire, & Ratiocinari longè nobilius; id quod ipsi Bruti non denegatum. Cur enim virtus illa eorum Imaginationi non concederetur, cum eius viribus haud sit impar? Affirmat enim illa, seu vnit species, discursitque, cum nihil aliud discurrendo efficiatur, quàm notionum seu imaginum, quibus duæ propositiones constant, in vnum recollectio & vnio, ex vitandis noxijs sagacitatem, in commodis perquirendis solertiam, in perquirendis fugiendisve hostibus indutritiam & astutiam, in ope vel exposculandâ vel suppeditandâ diuersam vocis (quæ articulatione vocabit nunquam, Rationisque capacem Phantasiam, adeoque & Cerebrum haud inficiabitur.

RATIONIS functionum omnium principis & nobilissimæ propria sedes & organum est Cerebrum. Hinc mirabilis eius structura sinubus multis excavata, tot venarum & arteriarum labyrinthi plexibus implicata. Parenchyma molle & leuax excipiendis ac retinendis rerum simulachris, in quæ Anima cognoscendo se se transformat, optissimum: non Cordis, qui enim illa in membro denso, & ob continuam vibrationem duro & rebelli imprimi & explicari potuissent? Temperies frigida & humidaspacatis & quiescenti Sensuum functionibus accommodatissima: non Cordis, in quo tantus æstus, & tantæ humorum tempestas perpetuò tumultuantur. Dicam compendio, Cerebri gratia corpus totum, adeoque & ipsum Cor videtur effectum, ut eius famulatu & operâ vteretur nobilis illa pars, in spiritus & sanguinis vitalis exquisita coctione, ad vsum præstantissimarum Cerebri actionum instituta.

Ergo Cerebrum Corde nobilius.

DOMINI DOCTORES DISPVATVRI.

M. Petrus Bourdelot.
M. Carolus le Breton.
M. Claudius Perrant.

M. Tuffanus Fontaine.
M. Franciscus Pajot.
M. Florimondus Langlois.

M. Carolus le Clerc.
M. Ioannes Bourgeois.
M. Franciscus Guenaut Præfides.

Proponebat Lutetiæ FRANCISCVS DE LA CHAMBRE Senomanus, A. R. S. H. M. DC. LIV.